

ingressu ad eum circumspicitus quasi mirabundus et conuersus ad sub-  
 sequentes forte Senatores urbanos rogavit: Equis templum hoc  
extruxit? Respondentibus illis: Majores Tui Palatini: Eia, excepit,  
 meum est ergo: et ipse ingrediatur. Faxit ergo coelestis Pater, ut  
 caetera his inuitis respondeant: etsi vereor, ne Aethiopen la-  
 uentem apud Bavaros. \*\* Vale Heidelbergae 16. Februarij  
 Anno 1596.

Eidem D. Candido Salatem Pareus.

276j

\*\* Gratias ago pro principibus Typographiae vestrae, cui opto in-  
 crementa. Placent fabella et acuta epigrammata: quae cum Faerni  
 certare possunt, si praesertim aliquando auctiores et typo ac  
 forma minore nobis edideris. Hubery spira adhuc haeret offas  
 causidicorum sectans. Et nunc inuenit D. Drechsler quendam,  
 qui eum mensis adhibuit. Ministri palam videntur favere:  
 clam metuant: et id agunt, ne clamorosus et frontosus doctor  
 locum apud se habeat. Francofurti fuit vesperilio latitans,  
 cavens prodire sapius, quod noctuebat digitis ostendit Hic  
 EST: quod ei aliquoties accidit. Scripsit in Apostatam Pistorium  
 Apostata ipse, perfidior an impudentior illo, parum refert:  
 pro Luthero apologiam plane, ut audio, doudorutliu, quia tali  
 patella signum operculum. Sed exulant ejus chartae in Misnia.  
 Bibliopola dixerunt interdictam sibi importationem. Nostris  
 libris contra sive clam, sive palam datus est accessus eo. Magna  
 enim numero sunt aucti: quod Typographus Ambergensis mihi  
 narravit. Fortassis furor aliquantum defervit. \*\* Vale  
 Heidelbergae postridie Paschatis. Anno 1596.